

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Contricio c
cum fonte primo

Qui nescit lugere quod grauat,
non ualet proferre quod subleuat.
Vis conpunctionis poros cordis aperit
et penas uirtutum fundit;
cumque se studiose mens de pigra uetustate redarguit,
alacri nouitate iuuenescit.

Gregorius libro XXI. moralium.

Qui enim uetera fatendo non detegit,
nouae uitae opera minime producit,
qui nescit lugere quod grauat,
non ualet proferre quod subleuat.
Ipsa namque compunctionis uis poros cordis aperit,
et plummas uirtutum fundit;
cumque se studiose mens de pigra uetustate redarguit,
alacri nouitate iuuenescit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 31.46
(CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1614, ll.34-39).